

ILLUSTRISSIMO,  
AC PRÆCLARISSIMO  
Domino, ac semper Domino  
meo.

D. IOANNI DE ISLA.

OLIM GADITANO PRÆSVLI, ET IAM  
diù Burchensi Emeritissimo Archiepiscopo, à Consilijs  
Catholicæ Maiestatis, &c.



VOBVS præsertim titulis opera Litte-  
raria sui Authores Viris illustribus sa-  
crare consueverunt; vt nempe grati ani-  
mi specimen darent, & vt emeritum  
sibi Patronum adscirent. Vtroquè ex  
capite, Illustrissime Princeps, Tractatum  
istum de Fide Theologica tibi duxi me-  
rito sacrum iri; ex primo, vt pro impen-  
sis me gratum exhiberem; ex secundo, vt novum ex Te amirem  
officium protectionis. Cum de hoc secundo meditaret, occur-  
rit & arrisit illud Ausonij documentum: *Elige ad tui volumi-  
nis protectionem Virum Nobilem, Sanctum, Benignum, Mu-  
nificum.* Virum imprimis *Nobilem* eligendum præscribit. Talem  
Te proprij Nominis nuncupatio, & Tuorum perantiqua de-  
monstrat progenies; sed scio magnos Heroes non nimium his  
delectari præconijs, nec quid ex maioribus nominis hauserint,  
sed quid supra maiores gesserint, attendi velle. Ea propter aptimè  
Te decere arbitratus sum illud Ennodij, in *Vit. Auson. Præm.*  
dissertum effatum: *Fulgorem stipitis morum radijs obum-  
brasti, vincens decorem Sanguinis vita claritate, dum coros-  
cantem generis Tui lampadem ætuum serenitate transcendis,  
& factus es stematis victor tui, per quod plerosque mortaliū  
nascendo superasti.* Exigit deinde Ausonius Protectorem *San-*